

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Joannis Pierii Valeriani Bellunensis Hieroglyphica, Sive De  
Sacris Ægyptiorum Aliarumque Gentium Literis,  
Commentariorum Libri LVIII**

**Valeriano, Pierio**

**[Lipsiae] ; Francofurti Ad Moenum, 1678**

Luna mensisve.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14259**

A drangulari quodam scapo ita præciso, ut ab humeris ubi in quadrum abire incipit deorsum verius magis ac magis angustetur, per hieroglyphicū hoc sunt qui firmitudinem & stabilitatem eorum de-notari dicant, quæ sapienter & maturo consilio gerantur. Quod vero manibus & pedibus careant, vim divinam ostendit, cui nihil horum opus, ut quod facere destinari efficiat: Deus enim simul & *Virgil. En.*  
*lib. 10.*  
*Idem En.*  
*lib. 1.*

*Innuit, & totum nunti tremefecit Olympum.*

Et alter,

*— Dicto citius tumida & quons placat.*

Illa præterea dilatio, quæ sit à basi sursum versus ascendendo, ostendit humana omnia, quo Divinitati proprius accedunt, eo augustiora amplioraque fieri. Unde apud Maronem Dido apotheosis si-bi, ob res à se præclare gestas pollicita, dicit:

*Et nunc magna mei sub terras ibi imago.*

de quo alibi latius.

*Virg. lib. 4.*  
*Encl.*

## D E T R I C I P I T I O.

### GERYONES. CAP. XXIII.

PER Tricipitum vero Geryonem in primis significari pas-sim invenias. Quid autem sibi Geryones velint, & utrum historicum an fabulosum fuerit commentum, ut adhuc in ambiguo sit, scriptorum varietas efficit: vulgarior tamen est ea opinio, tres in Hispania fratres unanimi concordia imperium obtinuisse, quos Hercules oppreserit. Graci, ut ingenio sunt ad comminiscendum nova promptissimo, alia atque alia super Geryone tradidierunt: sed inter eos Heca-tus Geryonem affirmat loca circa Ambraciā & Amphilichos tenuisse, inde ab actas boves, quæ specie mira re-periantur in ea regione valde herbida, & pascuis latissima. Alli in Euxino ponto urbem τρεις αγλυτας nicei coloris

C memorant, cujus principem Geryonem Hercules sustulerit, cunctæ boves speciosissimas ejus abi-  
geret, interroganti cujus illæ fuisserint, responsum, Geryonæ Tricareni, quod Tricipitis sonat; inde da-tum locum fabula.

*Nempe pro-*  
*tricipitem*  
*natus.*



Geryonet  
quid.

### HISPANIA. CAP. XXIV.

Sane ut Hispania, quæ tripartito divisa est, per hieroglyphicum Geryonis intelligatur, tum autho-res plerique, tum Imp. Hadriani tertium Consulatum numus ostendit: in quo simulacrum triceps *Imp. Hadr.*  
*natus.*

hasta innixum, quod dubio procul factum, ob Hispaniam peragratam, sive ut originationem suam ostenderet, quod Gaditanæ esset matre genitus, ut apud Spartianum est.

### LUNA MENSIS V. CAP. XXV.

Interpretes Hesiodi τρεις φαλοι γηγενηται, Lunam significari contendunt: alii tempus præsens, *Tricipitem* præteritum & futurum: alii triplicem mensis divisionem, quæ ternis apud Græcos denariis disper-Geryonem titur, apud Latinos in Nonas, Idus, & Calendas dividitur. Gracorum nuncupationes sunt, i.e. ισημερινος, οδη δέκα Φθινοπωρος, quarum nuncupationum ultima, dierum numeri Romano more retroce-dunt.

### AUXILIARES. CAP. XXVI.

NEque me præterit Plutarchum, in libro de civilibus institutionibus ad Trajanum, afferere Geryo-  
nem multis oculis, multis manibus & pedibus præditum ea de causa vulgo dictitatum, quod in  
negotiis obeundis consilio uno, multorum opera uti consueverit, quod in principe vel alio quoquam  
cui Reipubl. summa credita sit, commendabile plurimum habetur. Non enim omnia possumus omnes. *Quare mul-*  
*tu manibus*  
*& pedibus*  
*præditus*  
*Geryon.*  
*Virgil. in*  
*Pharma-*  
*cœtria.*

Idcircoque Pelopidas laudatur, qui legationem initurus, cum se ad dicendum parum idoneum in-telligeret, adjutorem sibi sociumque muneres Epaminondam cooptavit. Sic Nicias cum ad labores tolerandos imbecillo admodum corpore & inexperto esset, Lamachum sibi & robustum & indu-strium socium accepit. Quod vero ait Plutarchus Geryonem pluribus oculis, manibusq; præditum,  
eumdem-